



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies Distribvtis**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1637**

S. Andreas Ap. 30. Novembris.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44055**



illico senserunt peste abrepti. Demum mortem sibi, alteri infulam suam vaticinatus, inter preces, quibus ferè vitam duxit, absolvit vitam, in opem præcipuè D. Martinum vocans, qui morienti adfuisse non vanis argumentis creditur. Illud indubium, ad decumbentem virginum Reginam SS. hinc Theclâ, illinc Agnete stipatam venisse, eam ob causam, uti ipsa ajebat, quòd in precibus suis RADBODVS numquam non memor VIRGINIS fuisset. Et verò quì matris oblivisci filius posset? certè oblivisci filiorum mater hæc non potest.

Ex Surio.

*Iustitia per se sibi abundat ad gloriam: spectaculum populi, vulgi laudes, favores hominum, mundi gloriam non requirit: à Deo genita calum spectat, in oculis agit divinis, supernis virtutibus mixta, semper à Deo solo, ut glorificetur, expectat. S. Petr. Chryf. serm. 9.*

S. ANDREAS AP. 30. Novembris.

**A**NDREAM, quo D. Petrus germano gaudebar, tradunt omnium primum Christi scholæ nomen dedisse; arcanorum magistri inter paucos omnium conscius, quam hauserat doctrinam, ab ejus morte Scythiæ primò, mox Epiro & Thraciæ, tum Achaïæ etiã intulisse; hîc contra Procos. Ægeam, crucis acerrimum inimicum, fortiter rem gessisse; ab hoc ad impia sacrificia invitatum id respondisse: nobilius sibi sacrificium, idque quotidianum esse & incruentum; Agnum illum omnis maculæ expertem, & qui, postquam ejus carne sanguineque omnes Christiani vixissent, non minus tamen etiam ipse integer viveret; sub hæc in vincula coniectum esse, eximendum facile, nisi manus ipse Christianis, precibus suis,